

TRADUCTION ET COMMENTAIRE D'UN TEXTE LATIN

Vous commenterez le texte suivant après avoir traduit l'extrait de « *Cur ita crediderim* » jusqu'à « *immersabilis undis* » (v. 5 à 22).

Il faut suivre les leçons d'Homère

Troiani belli scriptorem, Maxime Lolli¹,
dum tu declamas Romae, Praeneste relegi ;
qui, quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
plenius ac melius Chrysippo et Crantore² dicit.
Cur ita crediderim, nisi quid te distinet, audi. 5
Fabula, qua Paridis propter narratur amorem
Graecia barbariae lento conlisa duello,
stultorum regum et populorum continet aestum.
Antenor censet belli praecidere causam ;
quid Paris ? ut saluus regnet uiuatque beatus 10
cogi posse negat. Nestor componere lites
inter Peliden festinat et inter Atriden³ ;
hunc amor, ira quidem communiter urit utrumque.
Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui.
Seditione, dolis, scelere atque libidine et ira 15
Iliacos intra muros peccatur et extra.
Rursus, quid uirtus et quid sapientia possit,
utile proposuit⁴ nobis exemplar Vlixen,
qui domitor Troiae multorum prouidus urbes
et mores hominum inspexit, latumque per aequor, 20
dum sibi, dum sociis reditum parat, aspera multa
pertulit, aduersis rerum immersabilis undis.
Sirenum uoces et Circae pocula nosti ;
quae si cum sociis stultus cupidusque bibisset,
sub domina meretrice fuisset turpis et excors, 25
uixisset canis immundus uel amica luto sus.
Nos numerus sumus et fruges consumere nati,
sponsi Penelopae nebulones Alcinoique
in cute curanda plus aequo operata iuuentus,
cui pulchrum fuit in medios dormire dies et 30
ad strepitum citharae cessatum ducere curam.

¹ Lollius Maximus est le destinataire de cette épître. Après avoir servi en tant que soldat sous Auguste, il étudia la rhétorique.

² Chrysippe (vers 281 av. J.-C. – vers 208 av. J.-C.) est un philosophe stoïcien ; Crantor (vers 344 av. J.-C. – vers 276 av. J.-C.) est un philosophe académicien.

³ *Peliden* et *Atriden* (v. 12), ainsi que *Vlixen* (v. 18), sont des accusatifs.

⁴ Ce verbe a pour sujet Homère.

Vt iugulent hominem surgunt de nocte latrones ;
 ut te ipsum serues, non expergisceris ? Atqui
 si noles sanus, curres hydropicus⁵ ; et ni
 posces ante diem librum cum lumine, si non 35
 intendes animum studiis et rebus honestis,
 inuidia uel amore uigil torquere. Nam cur,
 quae laedunt oculum, festinas demere, siquid
 est animum, differs curandi tempus in annum ?
 Dimidium facti, qui coepit, habet ; sapere aude, 40
 incipe. Viuendi qui recte prorogat horam,
 rusticus expectat dum defluat amnis ; at ille
 labitur et labetur in omne uolubilis aeuum.
 Quaeritur argentum puerisque beata creandis
 uxor, et incultae pacantur uomere siluae ; 45
 quod satis est cui contingit, nil amplius optet.
 Non domus et fundus, non aeris aceruus et auri
 aegroto domini deduxit corpore febris,
 non animo curas ; ualeat possessor oportet,
 si comportatis rebus bene cogitat uti. 50
 Qui cupit aut metuit, iuuat illum sic domus et res
 ut lippum pictae tabulae, fomenta podagram,
 auriculas citharae collecta sorde dolentis.
 Sincerum est nisi uas, quodcumque infundis acescit.

Horace, *Épîtres*

Traduction

Pendant que tu déclamais à Rome, Lollius Maximus, j'ai relu à Préneste l'historien de la guerre de Troie : ce qui est beau, ce qui est laid, ce qui est profitable, ce qui ne l'est point, il nous le dit plus pleinement et mieux que Chrysippe et que Crantor.

[Partie à traduire]

Tu connais le chant des Sirènes, les breuvages de Circé ; s'il avait bu la coupe avec l'avidité déraisonnable de ses compagnons, alors, sous la domination d'une courtisane, il fût devenu hideux et privé d'intelligence, il eût vécu transformé en chien immonde ou en porc ami de la boue. Nous sommes, nous, bons à faire nombre, nés pour consommer les fruits de la terre, nous sommes les prétendants de Pénélope, francs vauriens, et les jeunes hommes qui, chez Alcinoüs, étaient occupés à soigner leur peau plus que de juste, se faisant honneur de dormir jusqu'à midi et d'inviter, au son de la cithare, le souci à faire relâche. Pour égorger un homme, les brigands se lèvent dans la nuit ; et toi, pour te sauver toi-même, tu ne te réveilles pas ? Eh bien ! si tu ne

⁵ Un hydropique souffre d'une accumulation anormale de liquide dans l'organisme.